

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXXVII. An justitia legalis seu universa & virtus differant inter se?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

tur de furto petulanter facta, & ab eo cuius
etas jam judicare potest. Hic igitur justitiae
severitas est exercenda.

LXXVII.

An Justitia legalis seu Universa & Virtus dif-
ferant inter se?

ARISTOTELIS. Ethic. agens de Justi-
tia, Justitiam universam vocat omnium
virtutum conjunctionem, sicut per Inju-
stiam universam intelligit omne vittum. Si Object.
igitur, inquis, Justitia universalis est omnis
virtus, ejus tractatio fuerit supervacanea. At
primum. Prorsus enim nihil differt à virtute.
Ergo & secundum. Resp. Connexum est in- Solutio,
firmum, & assumptionis probatio falsa est. Ali-
quid enim, inquit Aristot. interest inter vir-
turem & Justitiam universam. Est eadem illa
quidem, sed ejus essentia non est eadē, verū
quā habet respectum ad alterum, Justitia est.
Quā talis quidam habitus est, absolutè virtus
est, hoc est: Quatenus virtutes ad habentem
referuntur, sic & subjecti circa quod versan-
tur, & *subjecti*, hoc est, subjecti recipientis, id
est, animi (cujus habitus sunt) respectu variis
particularibus nominibus appellatur, ut for-
titudo, temperantia. Quatenus vero commu-
nionem spectant, seu societatem politicam,
& ad alios quoq; pertingunt, ac ita sunt bo-

num ἀλλοτεον (alienum:) sic Justitiae universitatis seu legalis ambitu comprehenduntur. Hec (quod silentio hic involvendum non est) idem dicitur necessaria per accidens , quia cives tantum bonos efficit: particularis vero justitia (quæ suum cuique tribuit) per se necessaria dicitur, quæ viros bonos efficit.

LXXVIII.

*An Particularis & universalis Justitia dicatur
Justitia ἐμπορικας?*

ARISTOTELES lib. 5. cap. 2. Eth. Justitiam ait & injustitiam πλεοναχος λέγει multis modis dici, ita tamē, ut homonymia illa, id est, communitas nominis, & definitionis ejus diversitas, sit obscurior & minus apparens. Injustus enim dicitur & is qui legibus non obtemperat: & is qui æ qualitatem negligit. In quarto vero cap. Justitia universalis, quæ chorum quendam omnium virtutum complectitur, ac cives bonos efficit, & particulari, quæ viros bonos reddit, ait nomen Justitiae univocè convenire, id est, secundum nomen & rem. Hæc non pugnant inter se. Univocè enim seu synonymous dicitur & universalis & particularis Justitia vel Injustitia, si spectes communitatem hanc, quod utraq; ad alterum refertur: seu propter communem genus, id est, quod conueniunt in communione generis.

graves (rel
ca. Equivo
particulae no
enarrans conside
in sua propri
Universalis &
dico Ajace
mo modo s
seu tot
seu gen

an divi

SUNT
Justitiae
particularis
to: Men
se debet
Non est
Catone
tar. N
or: qu
to. Jam
universalis
stria, n
fa. Sed
iam ju